



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hymenianis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.  
Prælectiones Theologicæ Posthumæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Art. 4. Vtrum consensus in actum pertineat ad partem animæ superiorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](#)

nibus, passionibus, in delectationem, in opus quaque modo passim utuntur Theologi & Philosophi. Vnde non videtur differre ab electione, tamquam quiddam communius. Electio enim propriè est voluntio efficax vnius medijs ex multis, cum quadam prælatione respectu alterius. Consensus autem non necessariò est voluntio efficax: neque requirit comparationem plurium medium inter se, sed est simplex acceptatio medijs, vel etiam finis.

## ARTICVLVS IV.

*Vtrum consensus in actum pertinet ad partē anima & superiore.*

**C**onclusio est affirmans. Ratio est, quia nemo consentit in aliquod opus, quin consideret vel considerare possit & debeat, sitne consentaneum rationibus æternis, id est legi naturali, seu dictaminis rectæ rationis. De hoc infra qu. 74.

Q V Æ S T I O N E X V I

De Vsu.

## ARTICVLVS I

*Vtrum Vti sit actus voluntatis*

**V**erius, quid. **C**onclusio est. Vt est proprius actus voluntatis. Probatur; Quia vt re aliqua est eam applicare ad suam functionem: Atqui voluntatis est applicare vires anime, corporis membra, & res exteriores, quae sunt in nostra potestate; ad suas functiones vel quasi functiones: ergo vt est actus voluntatis.

Dices, Ipsa functiones aliarum virium & rerum, sunt vias carum : ergo ut non est actus voluntatis. Antecedens patet. Vetus enim oculi est videre, vetus auris est audire, manus apprehendere ; mallei tundere. & sic de ceteris.

*res, maner tuncare, & ne de ceteris.*

*Respondo, Eſe duplicum vſum; actiuum*  
*& paſſiuum (qui & formalis dicitur) & vtrum*  
*que eſe actum voluntatis, ſed non eodem modo*  
*Nam vſus actiuus eſt actus voluntatis elicitus, pe-*  
*quem applicamus alias animae vires ad suas fun-*  
*ctiones: applicamus enim illas volendo illarum*  
*operations, vt ſuprā olenſum eſt. Sic velle vi-*  
*dere, eſt vſus actiuus oculi; velle audire, eſt vſu*  
*auditus; velle currere, eſt vſus potentia motiua*  
*vello equitare, eſt vſus equi. Vſus paſſiu-*  
*eſt operatio vel quā operatio rei quā vtrum,*  
*quatenus illa operatio eſt dependens a voluntatis*  
*applicatione: vnde hic vſus eſt etiam actus vo-*  
*luntatis, non quidem elicitus, ſed imperatus: quia*  
*non habet rationem vſus; niſi vt a voluntate de-*  
*pendet, tamquam effectus & motio quādam rei,*  
*quā voluntas dicitur vti. Vnde etiam vocatur*  
*vſus paſſiuus; rectius tamen diceretur vſus for-*  
*malis, nam eſt id quo formaliter voluntas dicitur*  
*utens aliquā potentia; vt patet ex communi modo*  
*loquendi. Et hoc modo res omnis dicitur eſe*  
*propero ſuū vſum; id eſt propero ſuū operationem.*  
*Dices, Ita operatio non exiſtit in voluntate,*  
*fed in potentia; vel re illa qua voluntas vtrum;*  
*ergo voluntas non dicitur per eam formaliter*  
*utens; forma enim debet inſteſe ſubieſto quod de-*

Respondeo Negando Consequentiā. Quia vſus  
se habet respectū vtentis per modū actionis trans-  
euntis, sicut ealefactio respectū ignis. Vnde non  
debet esse in vtente, sed in re qua vtimur. Sicut  
ealefactio non est in igne, sed in aqua quæ calcit.

Indicat hoc D. Thomas, cum ait, *Vsum esse voluntatis, tamquam primi mouentis; aliarum potentiarum tamquam exequentium.*

*etiam exponit.*

Vt autem hæc melius concipiatur, Notandum est, vt minimum quatuor concurrere ad omnem ysum propriè dictum. Primum est, Potentia voluntatis. Secundum est, Volitio; v. g. volitio videndi. Tertium, Potentia; verbi gratia visuia. Quartum, Visio.

*Voluntas* est illa vis quæ propriè dicitur vtens :  
Primò, Seipsâ. Secundò, Alijs potentij. Tertiò,  
Membris. Quartò, Rebus externis.

*Volutio* videndi est *vsus actiuus*. *Est enim actus ille, per quem voluntas causat quodammodo vsum formalem rei.* Vnde etiam est prior saltem natura quam *vsus formalis*, tamquam causa effectiva illius.

*Potentia visiva est res qua voluntas vitetur.  
Visio est visus formalis: Non respectu potentiae  
visivae (non enim potentia visiva propriè dicitur  
vtens, cùm se habeat per modum instrumenti) sed  
respectu voluntatis; quatenus visio pendet à vo-  
luntate. Vnde patet, visum formalem cuiusque  
rei dicere operationem illius rei cum actuali de-  
pendentia à voluntate, tamquam à causa ap-  
plicante.*

## ARTICVLVS II.

*Vtrum uti conueniat brutis?*

**C**onclusio est negans.  
Probatur Primo, Quia uti est applicare  
aliquid principium actionis ad suam functionem:  
atqui bruta proprie non applicant suas vires ad  
functiones: sed naturali instinctu applicantur ap-  
prehensio obiecto.

Secundò, Quia non cognoscunt ordinem viriū  
& membrorum ad suas functiones ; quod tamen *Brutis non*  
ad usum requiritur. *conuenientia*

Tertiò ex D. Augustino, lib. 83. quæst. q. 30.  
Frui tibi & qualibet corporali voluptate, nō adèd ab ur-  
dē existimantur & bestie. Vt autem aliqua re nō potest,  
nisi animal rationis particeps. Scire namq[ue] quid quicquid  
referendum est, non est datum rationis expertibus; nec  
potest quisquam eam re, qua quod referenda sit,  
nequit.